
PREFATIO DE QUATTUOR SEQUENTIB(US) DISCIPLINIS DE MATHEMATICA
Mathematica latine dicitur doctrinalis scientia quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est quam intellectu a materia separantes vel ab aliis accidentibus ut est par impar vel ab aliis huiuscemodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quattuor id est arithmetica musica geumetrica astronomica. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Musica est disciplina quae de numeris loquitur qui inveniuntur in sonis. Geumetria est disciplina similitudinis et formarum. Astronomia est disciplina quae cursus caelestium siderum atque figuras contemplatur atque omnes habitudines stellarum. Quas disciplinas deinceps paulo latius indicamus

XII.- PRAECAROLINA ITALIAE SEPTENTRIONALIS, SS. VIII - IX